



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

Capvt VI. Quales Missæ à Capellano, vel Sacerdote sint recitandæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

9. Infero Quarta, similiter non licere addere in Canonem nomina Sanctorum, etiam Patroni loci. Patet à fortiori, cum nec fieri debeat in Litanis, quod intelligendum de publicis coram populo. Ita Sacra Rituum Congreg. 22. Mart. 193. apud Gavant. in Man. Episc. Litanie. n. 5.

Hinc hac occasione advertitur, nec per se idem licere in Confectione Generali, quæ dicitur initio Missæ; per se (inquam) nam cæterum satis levis materia est, & usurpari à Regularibus nominando suum sanctum Patriarcham sine scrupulo non raro video.

Nihil addendum in instrumentis Sacris. Vbi de Duplici Pallam.

10. Infero Quinta. Quid dicendum de eo, qui addit aliquid præter consuetam in Sacro Ministerio? Et quæstio esse solet, de iis, qui adhibent Pallam, alteram quidem pro cooperando Calice, ut moris est, alteram vero ad recipiendum Sacram Hostiam supra Corporale, ipso uno Corporali non contenti.

De hac re non nisi verba Gavanti in Rubr. Miss. p. 2. tit. 1. n. 1. lit. M. fin. hic iuvat exhibere. Qui duplicem adhibent Pallam (inquit) alteram pro Calice, alteram pro Hostia, approbante, ut aiunt, Summo Pontifice, non sunt reprehendendi, non tamen imitandi sunt ab aliis sine Pontificis facultate: esset enim additio Ritus, quæ est à Pio V. prohibita. Hac Gavantus. Et rectè, si enim id Pontifex concessit, locus non est quæstioni.

CAPUT VI.

Quales Missæ à Capellano, vel sacerdote sint recitandæ.

Missæ vel celebrandæ sunt ex devotione, vel ex stipendio accepto, vel ex promissione, vel ex iuncta quâpiam obligatione; & de singulis quæri potest, quales Missæ sint recitandæ. De singulis ergo separatim.

§. I. Quales Missæ ex devotione liceat recitare.

1. Illas licet, quæ à Rubricis Missalis præscribuntur. Præscribuntur autem regulariter eæ, quæ concordant cum Officio illius diei: nam etiam in festis simplicibus iuxta Rubricas fieri, si non sæpè, sed raro, & ex causa fiat mutatio. Licet enim in Rubrica Missæ votivæ, num. 3. dicatur, votivæ posse dici pro arbitrio Sacerdotis, quocumque die Officium non est duplex, tamen in Rubrica quæ ponitur ante ipsas Missas votivas de Sanctiss. Trinit. & sequentib. sic habetur. Sequentes Miss. votivæ licet pro Sacerdotis devotione quacumque die dici possint per hebdomadam, quando festum non occurrat, hoc tamen passim, nisi rationabili de causa fieri non debet, sed quoad fieri potest Missæ cum Officio conveniant, & in Rubric. quæ ponitur ante Missas votivas Beatissima Virginis. Quæ Missæ votivæ diei dici possunt, quocumque die, nisi fuerit Dominica, vel Officium duplex. Vbi rectè notat Gavantus in Rubric. Miss. p. 1. tit. 4. lit. O. idem propter paritatem rationis, esse in omnibus votivis, ut nimirum passim non dicantur in Dominica, vel Officio duplici.

2. Ex his ergo Rubricis simul unitis colligimus primò arbitrium Sacerdotis, vel eiusdem devotionem non esse hic ample, sed aliquantulum strictè intelligendam; nempe pro arbitrio, seu voluntate rationabili, & ex causa.

3. Secundò, iuxta Rubricas, regulariter non licere Missas votivas vel pro Defunctis (quæ ad votivas redeuntur) celebrare, in die Dominica, in festo duplici. Et in his omnibus diebus, in quibus prohibetur fieri de

festis, duplici. Argumento nimirum sumpto à fortiori atque aded non posse celebrari votivas infra Octavam Epiphaniæ, Paschatis, Pentecostes, Feria quarta Cinerum, in Hebdomada majori, in Vigiliis Natalis Domini, & Pentecostes. In cæteris vero licere. Illos dies, non permissos, seu prohibitos; hos vero, permissos vocabimus, in posterum. Dixi (regulariter) quia excipiuntur causæ graves, quando etiam in festis, sed non maioribus conceditur à Rubricis cantari duas Missas. Alteram Votivam solemnem cum Gloria, & Credo, in paramenis convenientibus, v. g. de Eucharistia, quando solemniter est exponenda, altera de eadem corrente. Dixi iterum (regulariter) propter quasdam concessiones, de quibus mox num. 8. 13. 14. & quidem quando favent similes concessiones, vocabimus deinceps, claritatis gratia, dies concessos. Patet quis ad maiorem instructionem, quanam existimandæ sunt graves causæ.

Respondeo, quæ faciunt ad bonum Reipublicæ, & Principis, vel Prælati, qui Reipubl. caput est. Hinc necessitas pluvie, ingruentis belli, grassantis pestis, vel mali cuiuscumque universalis, sicut dat causam processionis generalis, sic & Missæ prædictæ; salus item ex infirmitate periclitantis Summi Pontificis, Episcopi, magni Principis: Comitum item Generalia, vel Provincialia Regularium, & expositio Eucharistiæ tum in diebus ultimis Bacchanalium, tum in cæteris diebus pro illis locis, ubi per gyrum toto anno Oratio quadraginta horarum celebratur: quia pertinent ad bonum commune; sicut etiam solemnes gratiarum actiones pro impetrata communi gratia, huc reducuntur.

Nota autem Gavantus part. 2. in Rubric. Miss. tit. 14. num. 2. & 3. in dicta solemnè expositione Eucharistiæ, debere cantari Missam votivam de Sacramento, quæ habetur circa finem Missalis, non autem festivam Corporis Christi (nisi casus accideret infra ejusdem Octavam) & tempore Paschali addendum esse Alleluia, sicut in cæteris votivis: dici item debere unam tantum Orationem cum Gloria, & Credo (unde videtur colligi, non oportere in fine Missæ recitare Evangelium diei) & Præfatione de nativitate, quia solet esse publica causa, non autem hæc convenire in Missis privatis.

Advertit denique Lazana tom. 1. c. 21. n. 27. quando in dictis occasionibus adhibenda sunt ex Rubricis paramenta violacea, consequenter in Missa solemnè omitti debere Gloria, & Credo.

5. Iam verò duo hic restant inquirenda. Primò, quod peccato peccant, qui dicta non observant. Secundò, quæ sunt causæ rationabiles non observandi.

Quid peccet, qui Votivam, vel aliam à corrente, etiamse currens sit duplex, sine causa celebrat.

6. Dico, consulendum quidem esse, ut id non fiat, tamen si fiat, non puto esse (secluso contemptu, & animo introducendi novum Ritum) mortale, saltem in Missis privatis. Ita Bonac. citans Azor. Rignald. Sorum, Medinam, aliosque, de Sacram. d. 4. quest. ult. part. 7. §. 3. num. 2. Ratio est, quia non apparet de hoc latum esse grave præceptum, cum solæ Rubricæ id non offendant, quæ ut supra cap. 5. §. 1. diximus, interdum solam consilium inducunt. Esse veniale ego non dubito, quia Rubricæ de hac re, cum continent magnam convenientiam: sitque in contrario aliqua boni Ordinis turbatio, videntur in praxi esse receptæ sub veniali, nisi excuset causa aliqua, de qua mox. Quamvis non negem probabiliter suarium de Sacram. disp. 81. sect. 3. §. 1. Dico primo, sequiturque Portella dub. reg. V. Missa, num. 7. in Missis privatis (nam in solemnioribus maior est rigor observandus, ex Bonac. de Sacram. d. 4. quest. ult. §. 7. num. 3.) nullam culpam agnoscere, cum non sit ullum de hac re, ut diximus, præceptum

& timorati sine scrupulo faciant.

7. Neque obstat, esse mortale notabiliter addere vel demere Orationes Missæ: non obstat, inquam, quia addere vel demere nisi parvitas materiæ excuset, sapit mutationem Ritus, quod non est in casu quo una Missa ritè approbata dicitur pro alia similitudo approbata.

Non nego ex aliquibus circumstantiis, etiam in casu nostro, posse esse quid grave, nam si quis v. g. die Dominicæ Resurrectionis vellet in paramentis nigris celebrare missam defunctorum, cum sic videatur irrogari iniuria tantæ solemnitati, non esset facile, nisi excuset ignorantia, culpa gravi excusandus. Idem, si temere, & semper mutatio fieret, sciret enim contentum, ut universaliter dixi cap. 5. §. 1. num. 6.

Quæ sit causa iusta dicendæ Missæ votivæ, seu aliæ à currente.

8. Prima causa est, quando corpus insepultum præsens est in Ecclesia, tunc enim posse in Dominicis, & festis celebrari Missam solemnem Defunctorum concessit Sacra Rituum Congregatio apud Gavant. in man. Episc. v. Missa, num. 27. & in Rubric. Missal. p. 1. tit. 5. num. 2. lit. X. ubi usus obtinuit, ne quis sepeliatur sine Missa, Sed non in die Resurrectionis Domini, vel simili multum solenni: tunc enim debet Officium Sepulture insequentem non impeditam diem transferri. Sabbato Sancto post Missam diei solemnem poterit in diei obitus celebrari Missa, de Requiem, cum iam ex usu, solemnitas festi Paschæ sit die sequenti, & ad summum solum tempore Missæ prædicti Sabbati. In die Depositionis Defuncti, & in Anniversariis, qua ratione in festo duplici, & semiduplici possit cantari una Missa Defunctorum, & quomodo, si incidant eiusmodi Anniversaria in festo de præcepto, debeant transferri, vide apud Gavantum in Rubric. Miss. per. 1. tit. 5. num. 2. lit. X.

9. Secunda. Qui careret Missali novo, posset, ne omitteret eo die Sacrificium, recitare Missam votivam cum alio Missali, in quo esset votiva, non autem currentes.

10. Tertia. Qui navigationem periculosa incipit, qui nuptias benedicit, qui pluviam, vel serenitatem necessariam petit, qui necessitatibus premitur, vel aliquod notabile damnum timet, potest in feria, in simplici festo, & in semiduplici Missas votivas pro illis necessitatibus conducentes celebrare Pro re tamen gravi publica, posse unam solemnem cantari, etiam in festis non majoribus, num. 4.

11. Quarta. Ei, qui ducitur aliqua non modica devotione ad dicendam aliquam Missam, eam libens in dictis diebus permittis concederem, quia video timoratos conscientie id sine hesitatione in praxim passim deducere; saltem sequuntur hi probabilem Suarj sententiam quam n. 6. retuli.

12. Hinc interrogatus ab Illustrissimo Archiepiscopo Montis Regalis D. Ioanne de Turrishglia. An propter suam infirmam valetudinem, qua stare diu pedibus tunc non posset, posset Die Dominico Palmarum, & duobus, seu tribus sequentibus licet, in suo Oratorio privato, recitare votivam de Passione Domini, quæ brevior est, quam illæ currentes, in quibus legitur Passio Domini: putavi eius devotionem rationabilem præbere causam, ut in dicto Altari privato sic celebraret. Multo magis, quia votiva Passionis Domini congruebat tempori.

13. Quinta. Ut impleatur voluntas Testatorum, vel Fundantium Capellanias, amplior facultas conceditur, de qua mox §. seq. num. 1.

14. Sexta. Qui Officium aliud reiterans, deinde celebrat in Ecclesia, ubi agitur dies aliquis festus loci illius proprius, non solum potest, sed ex magna congruitate debet Missam loco conformem recitare, quia

secus esset aliqua populi offensio, ut notatur in Rubric. Miss. part. 3. tit. 19. num. 16. §. 2. Huc reducitur, quod dicam infra de Capellaniam §. seu. num. 7.

§. I I *Quales Missæ, ex recepto stipendio debent esse possint.*

1. **S**acra Rituum Congregatio apud Gavant. in Rubric. Miss. p. 1. tit. 5. §. 8. Sacra tamen: censum non posse Missas, de Requiem, in festo duplici, quod est de præcepto, ut Testatorum voluntate agatur. Non ait (habet ibid. Gavantus) ad aliorum votum, quod bene nota, sed pro implenda legum functionum.

Hinc facile colligis, maiorem facultatem esse Sacerdotibus ob Fundatorum voluntates, & quæ ceperunt statum stipendium, quam ob aliam causam de quando Panormitanus cap. Quidam Lectorum Missarum celebr. dixit, turpe esse Sacerdotibus eorum petitiones relinquere Missas cum Officiis concordantes propter potestates ex devotione, eligendus de petitionibus ordinariis vivorum, non de dispositionibus mortuorum: (addere libens paritatem rationis) non verò de stabilibus fructibus, quantumvis vivorum, quibus merito magis Sacra Congregatio, sive propter gravitatem legati, sive ad allicendos animos ad similes dispensationes. Sed iam distinctius id, quod in titulo prænotavimus. Recolatur autem iuxta dicta §. n. 4. quoniam sint dies non permitti, seu prohiberi permitti, si necesse.

2. Dico primò. Sacerdos, accepto stipendio, non vis promittere sine iuramento (nam cum illa §. 3.) Votivam, vel de Defunctis non solum potest etiam debet currentem Missam celebrare, in his prohibitis. Ita Marchin. de ord. tom. 2. part. 1. cap. 1. Ratio est constans Rubricarum, hoc est, legis sacre dispositio, quæ admodum rationabilis, est, quæ ex una parte propter Missas votivas, & prænotatas votiones non est populus à publicis festis avocatus, ex alia parte, cum sacrificium sit eiusdem valoris fructu is, qui Missam, dato stipendio, cap lavit.

3. Dico secundò. Idem (licet cum aliquando non ratione) dicendum est in diebus permittis, in his permittis à lege, exquiratur causa, & ex parte non inducatur causa sufficiens, quolibet impetio. Adde quod ille affectus conformitatis, à quod dicitur ad sacras leges, si Sacerdos, applicat petente Missam, compensare ad superabundantiam test fructum, quem per preces proprias Votive vel Funeris lucrari forte poterat petens. Recte Sylvester apud Marchin. ibid. n. 7. ait nullam esse Defunctis salubriorem (addo, & Sacerdotibus) gratificari per votivas intendis, gratiorem ipsam propriam diei currentis.

4. Duo in his duobus dictis adverte. Primò, ut fiant sine scandalo: quod tamen facile retorquebatur, si in his permittis à lege, exquiratur causa, & ex parte non inducatur causa sufficiens, quolibet impetio. Adde quod ille affectus conformitatis, à quod dicitur ad sacras leges, si Sacerdos, applicat petente Missam, compensare ad superabundantiam test fructum, quem per preces proprias Votive vel Funeris lucrari forte poterat petens. Recte Sylvester apud Marchin. ibid. n. 7. ait nullam esse Defunctis salubriorem (addo, & Sacerdotibus) gratificari per votivas intendis, gratiorem ipsam propriam diei currentis.

5. Obiicies contra nostram sententiam. Si quis Votivam, v. g. de Beatissima Virgine vel de Requiem, infideliter aget celebrando de currente, non licebit. Respondeo, non infideliter agere, quia

li, iuxta sententiam, Suarij mox dicam *n. sequenti.*

5. An semel, vel bis non servare iuramentum de
Missâ celebranda, sit mortale, dicemus, *lib. 3. cap. 1. § 9,*
n. 19. juncto n. 22.

§. I V. De *Missis soli Deo per Votum, vel per Iuramentum promissis.*

Dico primo in prohibitis, & permissis te non obligari. Ratio est, quia est latum discrimen inter promissionem factam homini, & factam Deo, promissio enim facta soli Deo, sive per votum, sive per juramentum nunquam obligat, ex Sanch. *ibid. num. 11.* quando impeditur melius bonum: at promissio homini cum juramento facta semper obligat, quando rem promissam servare non est peccatum mortale, nec veniale, etiam impediatur melius bonum. Cum igitur in casu nostro impediatur illud majus bonum, id est conformitas Officij cum Missa requisita a Rectoribus, talis promissio Deo facta non obligabit.

2. Dico fecundo. Indiebus, seu in occasionibus positivè concessis, obligatur eas Missas Sacerdos dicere, quas voto, vel iurejurando Deo soli promissit. Ratio est, quia tunc conformitas Officij cum Missa nequaquam à Ruitica requiritur.

3. Rogabit quis. An si Sacerdos cum juramento immediate promittat animæ forte purgari in Purgatorio aliquas Missas funebres, censetur promittere hominibus an soli Deo. Quid si promissit immediate per votum, seu juramentum alicui Sancto Missam votivam? Præstat enim hæc scire, cum diversum jus, ut ex dictis patet inde oriatur.

4. Responded. Si promittat Sancto, regulariter Deo promitti, quia ipsis promittitur, in quantum Deus in illis honoratur, & sic promissio tendit in Deum. Ita Sanchez in *Decal. lib. 4. cap. 1. n. 41*. Dixi (regulariter) quia si quis Sancto promitteret expresso animo non se obligandi Deo, sed Sancto, ut excellenti Creaturæ, non est promissio facta Deo, sed homini. Sic idem *ibid. num. 3*. Si verò promittat animæ purganti, homini regulariter promitti, quatenus eius potiore pars, hoc est animam intendit velle ab igne liberare. Regulariter, inquam, nam si quis id promitteret, expresso animo, ut in illa exultante, & beata honoraretur Deus, tunc, cum in Deum tenderet, Deo factam esse promissionem, convincitur.

§. V. De Missis ex praecepto à Superiore injunctis.

Hic distinguendum est. Vel enim tibi Missa alias à currentibus sub culpa iungitur is, qui Superior non est in legibus Ecclesiasticis, vel qui est Superior, nempe Pontifex Summus. Si prius, non obligaberis ad illas relinquendo currentes, quas Rubricæ præciunt, imò neque relinquendo illas ad quas

7. Rogas quando Sacra Congregatio apud Gavant. *de Rebr. Miss. par. 3. tit. 10. num. 16. §. Imellige* decrevit quod Capellani Monialium Brevariario uterium non Romano, celebrare possint Missam (Cum suo Missali Romano tamen) de Sancto Ordinis, de quo Moniales Officium dicunt; quando inquam, ita decrevit, permittit solum, an positive concessit? Id enim scire oportet, ut videamus, an si Capellanus promittit ex stipendio illam Missam de tali Sancto, debeat ad litteram observare promissum.

Respondet: Mihi videri concessisse, atque adeo Capellanum debere: nam licet Sacra Congregatio utatur verbo *passim*, quod permissionem sonet, amen ex fine colligimus esse concessionem: respexit enim Sacra Congregatio ad conformitatem Missæ cum Officio dicto à Monialibus, quarum est Ecclesiæ, siquidem indecens videbatur, ut ubi principales uno modo Officia celebrant, alio celebraret accessorius Sacerdos.

§. III. De Missis cum juramento hominis promissis.

I Vramentum in promittendis Missis raro interpo-
nitur in elemosynis manualibus, sed frequenter in
Capellanis & similibus, quando Sacerdos stipulans
contra huius iurat se Missas dispositas à Fundatore dictu-
rum, dispositæ autem non raro inveniuntur Missæ aliæ
à currentibus.

2. Et quidem regulariter, qui etiam cum iuramento promittunt Missas, semper intelligunt, seu (nisi contraarium expresse fecerit) intelligere præsumendi sunt, salvo Ritui, & Rubricis Ecclesiæ; & sub hac limitatione factum tenet retenta, debere Sacerdotes, etiam accepta cum iuramento sibi promittere Missas votivas, *monent prædicti Dodores. Lege Fraxinellum in Resplost. quam ponit Gavantius in Rubr. Miss. in fine*: sed adhuc restat difficultas in eo calu, quo quis expresse iurans promittit vi. votivas, vel de Requiem, vel alias à currentibus, an possit eas mutare in ipsas currentes?

¶ Dico primò si iurans quis diclas Missas homini
promisit, indicatque dies festus, seu Officium, in quo
ista Rubrica non licet eas recitare, quos dies prohibi-
tus sapta nominavimus: non obligatur, etiamsi ipse
animum habuisset ad illas se astringendi, sed debet cur-
rentes recitare. Ratio est, quia promissio homini etiam
cum iuramento facta de re interdicta per legem, quan-
do talis lex obliget ad culpam, etiam venialem, nulla
est, unde nec indiget relaxatione. Ita Sanch. lib. 3. in
Decal. cap. 9. num. 19. & 20. Idem die in diebus per-
missis juxta nostram sententiam allatam §. 1. num. 6.
quia adhuc (si abest causa) esset cum peccato venia-

quas permissivè se habent: si posterius, obligaberis. Ratio est, quia in priore casu negligenter leges Ecclesiasticæ sine legitima facultate, atque adeo in nostra sententia peccaretur. In posteriore adesset dispensatio legitimi Superioris data implicite in præcepto de talibus Missis recitandis, atque adeo nihil fieret contra leges: unde nec peccatur, & consequenter vim suam haberet præceptum. Dixi (in nostra sententia) ut notarem, te, si sequaris Suarii sententiam, etiam in priori casu obligari ut ex dictis §. 3. n. 4. constare potest.

De Missis iniunctis ex Pœnitentia.

2. Hinc infero primò, minus rectè se gerere eos Confessarios, qui (nisi sequantur prædictam Suarii sententiam) Missam votivam, vel funebrem iniungunt pro Pœnitentia Sacramentali Sacerdotibus celebrandam in diebus illis, sive prohibitis, sive solum permissis: quia Confessarius non potest contra Rubricas quemlibet obligare, nec impedire melius bonum conformandi Officium cum Missa: quare in hoc casu Pœnitens, melius currentem, quam iniunctam recitet, ex mea sententia.

De Missis iniunctis ab Episcopo in Ordinatione Sacerdotum.

3. Infero secundò, quid dicendum sit ad illam difficultatem, An quando in Pontificali Romano in Ordinatione Sacerdotum ipsis ab Episcopo ordinante præscribitur, ut post primam Missam celebrent unam de Spiritu sancto; alteram de Beatissima Virgine; tertiam de Defunctis: an inquam, debeant novelli Presbyteri eas celebrare in diebus prohibitis, an potius in permissis, vel in concessis? Aio non debere in diebus vetitis, debere in diebus permissis, & in concessis. Ratio prioris dicti est, quia id præceptum (ut notat Gavantus p. 1. tit. 4. lit. O. §. Neque pœnit.) intelligitur, salvis Rubricis Missalis: Rubricis, inquam prohibentibus, alioquin absonum esset, celebrata prima Missa in Natali Domini, v.g. recitare prædictas votivas, & de Requiem, in tribus sequentibus festis. Ratio posterioris est, quia cum hæc præscriptio ortum habuerit à Summo Pontifice, cuius iussu ordinatum fuit Pontificale, potuit Pontifex pro hoc casu abrogare illas rubricas permissivas de constanti conformatione Officij cum Missa. Et potuisset etiam abrogare illas Rubricas prohibentes, sed nos ex inconvenienti, quod inde sequeretur, quod nimirum deberent aliquando dici Missæ votivæ, & funebres in diebus solemnibus, colligimus prohibentes non fuisse abrogatas, fuisse autem permissivas, quia tunc sipe inconvenienti, Missæ ab Episcopo iniunctæ recitari possunt.

§. VI De Missis Defunctorum promissis in Altari privilegiato.

1. Silet Pontifex Maximus alicui Altari concedere ut si ibi die Lunæ cujuscumque mensis celebretur Missa pro Defunctis, liberetur anima ab igne Purgatorii. Iam si tali die incidat festum de præcepto, seu festum duplex, poteritne ibi celebrari, vel ex devotione vel ex promissione Missa Defunctorum, sine qua non liberabitur anima?

2. Præmittendum est ejusmodi Altaris privilegium duobus modis concedi solere. Primò, sic: *Qui in tali Altari celebraverit die Lunæ pro Anima Defuncti, seu pro Defunctis, Animam extrahet à Purgatorio.* Secundò sic: *Qui in tali Altari celebraverit Missam de Defunctis, seu Defunctorum, seu de Requiem, Animam à Purgatorio liberabit.*

Si primo modo concessum fuit privilegium, non est necesse, ut dicatur Missa de Requiem, sed satis erit si dicatur currens, applicetur tamen pro Defunctis, hoc

enim solum notat illud (pro Anima, seu pro Defuncto) Quod si contrarium habeatur in quadam declaratione Sacre Congregationis allata à Gavanto Barbedorana apud Lezzanam *Missæ*, n. 48. satis sit respondere ea non constare authentice. Atque in hoc casu non locum propositæ difficultatis, ut ex se patet.

Si verò concessum fuit privilegium secundò modo, necesse erit celebrare Missam de Requiem id cum quo (Missam Defunctorum, seu de Defunctis) quæritur, & in hoc casu procedit dubitatio.

3. Dico, si in die Lunæ incidat festum de præcepto vel duplex, atque adeo sit dies impedita, non potest celebrari Missam funebrem, atque adeo eo die iniungi privilegium. Ita Sacra Congreg. apud Gavanto in *Missæ*, part. 1. tit. 5. num. 2. lit. 2. §. Sacra tamen, Ratio quia Privilegium semper intelligitur, salvo iure Rubricarum. In diebus, quos supra §. 2. num. 4. permissum pellavimus, ideo puto in Altari privilegiato potestari Missam de Requiem, quia passim video id fieri omnibus etiam timoratis: & ratio potest esse, quod à Summo Pontifice indutgere putandum est, locum mis rarè ejusdem Altare privilegium suo privi-

4. Dices. Posset dici per tale Privilegium potestatem dispensare etiam pro diebus prohibitis, licet minus §. 5. n. 1. & 3. dispensare, quando præcipitur. Respondetur: nego id in casu nostro dici rationabiliter potest non enim unum ex his bene inferunt ex alio: si hæc dedit Privilegium de una re, ergo dispensatio alia: saltem non constat in re nostra de dispensatione constare de lege Rubricarum: cum ergo hoc præceptum deat, illi standum. Non ita se habet, quando præcipitur, nisi enim tunc dispensaret, nullam vim haberet præceptum: cum contra in casu nostro iam Privilegium habet vim in aliis diebus Lunæ non prohibitis.

5. Una tantum exceptio hic habet locum, potestatem dispensare etiam pro diebus prohibitis, licet minus §. 5. n. 1. & 3. dispensare, quando præcipitur. Respondetur: nego id in casu nostro dici rationabiliter potest non enim unum ex his bene inferunt ex alio: si hæc dedit Privilegium de una re, ergo dispensatio alia: saltem non constat in re nostra de dispensatione constare de lege Rubricarum: cum ergo hoc præceptum deat, illi standum. Non ita se habet, quando præcipitur, nisi enim tunc dispensaret, nullam vim haberet præceptum: cum contra in casu nostro iam Privilegium habet vim in aliis diebus Lunæ non prohibitis.

6. Rogas. Si quis non valdè sollicitus de culpæ, quam ut diximus §. 1. num. 6. ex nostra sententia contraheret, celebraret nihilominus funebrem Missam in Altari privilegiato die Lunæ fortè prohibito, liberetne animam? Respondeo liberaturum, quia hoc non nialiter peccaret; ponit tamen totum id, quod habemus Pontifex ad ejusmodi liberationem requirit. Ad id magis idem verum habet in sententia Suarii, ad id per quam solum fieret contra Rubricam, non verò peccaretur.

Qui promissit Missas celebrare in Altari Privilegiato an possit alibi satisfacere cum calculo benedictio, *Missæ*, l. 3. c. 2. §. 1. n. 11.

§. VII De Missis Sancti Gregorij promissis.

1. Sanctus Gregorius Papa l. 4. dist. c. 55. præcepit ut ubi Pretioso, ut pro Monacho quodam Defuncto triginta Missæ celebrarentur, his verbis. *Vade ad basilicam die, diebus triginta continuis, offerre pro eo Sacrificium stude, id nullus omnino prætermittatur dies, quo, pro solutione illius, Hostia Salutaris non offeratur.*

2. Ex quo Sancti Gregorij præcepto ortum habet ut Fidelium pia devotio similes Missas, similique modo, pro suis Defunctis, celebrandas, sæpe curaret, præcepta Sacre Congregationis apud Gavanto in Rub. *Missæ*, n. 3. lit. D. §. Dubitatum, Beiam p. 1. resp. cas. consuevit, ut unquam prohibuit, licet prohibuerit quoddam aliam pro Vivis, & Defunctis, quæ ut S. Gregorij falsò citantur bantur.

1. Nota autem in verbis S. Gregorij Primo, illud (*offerre pro eo Sacrificium*) ubi cum dicitur Sacrificium, non verò Sacrificium de Defunctis, aperte constat, non esse necesse, ut recitetur Missa de *Requiem*, sed solum ut applicetur Missa pro Defuncto.

4. Nota Secundò illud (*offerre stude*) hinc enim sequitur non oportere unum, eundemque Sacerdotem omnes triginta Missas celebrare, cum non dicat Sanctus Doctores, *offer*, seu *offer per te*, sed *offerre stude*.

5. Nota Tertio, illud (*continuis*, & *N ullus omnino prætermittat dies*), nam in his verbis geminatis satis liquet, hunc S. Gregorij Ritus servare intendas, non debere discontinuari, ne unum quidem diem Missas.

Tria tamen in hoc Tertio Notando sunt subadvertemenda. Primò ob triduum majoris hebdomadæ, in quo non celebratur, non discontinuari prædictas Missas, non enim est credibile, Deum eas non acceptare ut continuas, dum servatur ejus sponsæ Ecclesiæ tam pia consuetudo.

Secundò, in hac tum continuatione, tum numero evitanda esse superstitionem, quam universaliter Concilium Tridentinum *sess. 22. de observ. in celebr. Missæ* merito damnat. Hæc autem in eo, quoad rem nostram, potissimum consisteret, quod putaret aliquis in ipsa Physica continuatione, aut numero inesse aliquam vim ad effectum intentum. Non quidem numerus, vel quid simile, sed Christi immolati virtus vim habet satisfactoriam, conducitque non parum in Dei memoriam veluti revocare merita S. Gregorij, qui piè credendus est, eas triginta Missas ad honorem ejusdem Christi Domini in domo privata Sanctissimæ Matris per totidem annos commotantis, & famulantis instituisse.

Tertio, si quis triginta Missas in diebus discontinuis dicendas curaret, valere ad satisfactionem pœnarum defuncti; & quidem, si simul, una die, didicerunt, valere citius; sed ejusmodi Missas sic celebratas non esse rigorose eas, quas S. Gregorius instituit, siquidem ipse continuatas, ut ex ejus verbi modo positus num. 1. patet, ordinavit, quod rectè notavit Gavantus *Rubr. in Miss. p. 1. tit. 5. n. 3. lit. D.* immo rejectus à Diana *part. 2. n. 14. resp. 32.*

His positis, quærebatur, An, incidente die duplici, vel simili privilegiato, ne interromperentur dictæ Missæ, posset recitari Missa Funebris. Respondi, hoc dubium locum hic habere nullum, siquidem ex dictis num. 3, satis erit, si Missa currens pro Defunctis applicetur.

Cæterum ex hoc, atque ex dictis à §. 2. usque ad finem facile colligere poteris, qua ratione te gerere debeas, si quando prædictas S. Gregorij Missas promissisti.

§. VIII. De Missis Sancti Beatificati, nondum Canonizati promissis.

Ubi,

An alijs à Privilegiatis possint eas Missas celebrare.

1. Nescit hic nova dubitatio. Promisit secularis Sacerdos, accepto stipendio, celebrare quasdam Missas de Beato Francisco Borgia Societ. Jesu primo Octobris, & quasdam de Beato Aloysio Gonzaga 21. Junij, qui sunt dies festi eorum natalium; (& potuisset promittere de Sanctis tribus Martyribus Paulo Michi, Joanne de Goto, & Didaco Quizai 3. Februarij, vel aliorum similium Beatificorum, qui nondum solemniter Canonizatione in Sanctorum numerum sunt relati) putans sibi sine hæsitacione licere eas Missas recitare, sed cum cognovisset, Summos Pontifices tunc non concessisse facultatem celebrandi, nisi Religiosis Societ. Jesu, quævis, An posset stare promissis.

2. Dixi (tunc) nam postea Sancta Sedes exten sit prædictas concessiones ad omnes Sacerdotes confluentes in Ecclesias Soc. Greg. XV. in *Sede Principis* 1621. pro B. Aloysio Urb. VIII. *Alias* 1625. pro B. Borgia. Idem *Salvatoris* 1627. *juncto decret. Sac. Cong. 20. Sept. 1629.* pro tribus Martyribus.

3. Et quidem resolutio pendet ab illa quæstione, An posito quod Pontifex concedit aliquibus determinatis personis, & sub determinato aliquo ritu, venerari Sanctum Beatificatum, possint licet omnes alijs uti tali concessione. Possuntne v.g. Sacerdotes omnes sæculares prædictos, vel similes Beatos venerari per Processionem, & Missam in honorem eorum oblatam, perque alios cultus, Sanctis dari solitos, sive in sua Ecclesia, sive in aliena, sive ipso die Natalis, sive alio? Nam profectò si possunt, poterit & hic Sacerdos illas Missas, quas promissit celebrare, secus, non poterit, sed celebret currentes iis diebus juxta superius dicta §. 2.

4. Pugnant utrinque Doctores, & Turrianus quidem 2.2. t. 1. cap. 13. d. 8. cum Granado, 22. *Contr. 1. tract. 7. disp. 4. sect. 2. n. 2.* alique negant. Concedit Castropalaus *num. 1. tr. 4. d. 1. p. 5. §. 5. n. 4.* alique ab ipso citati, & consulti.

5. At, amabo te, siste hic parumper, amice Lector. Diana p. 2. tr. 1. §. resp. 5, affirmat per Theologos Salmanticenses fuisse id determinatum pro negantibus, quod ipse se cognovisse dicit ex relatione M. Domineci de los Reys Ordinis Prædicatorum: Castropalaus *ibid. num. 8.* asserit per eosdem Doctores Salmanticenses fuisse determinatum pro concedentibus. Cui ex his duobus fides habenda sit? Certè majoris momenti videtur Castropalaus testimonium, quippe qui testatur se, & fuisse præsentem, & unum ex Doctoribus, qui rem disputatam pro concedentibus decreverunt. Quapropter concludo, (verba sunt Castropalai) posse Ecclesias Cathedralis, & Episcopos cum suis Clericis prædictos Beatificos, honorare Missa Pontificia, & Officio votivo (*hoc est ex devotione, non obligatione*) processionemque solemnem. Cui opinioni subscripserunt Salmantica anno Domini 1625, cum hic casus consultus fuit Doctor Balboa, &c. Et numeratis circiter viginti Doctoribus, seu Magistris, qui subscripserunt, addit. *Et ego minimus; adeam enim tum Salmantica.*

6. Dicit fortasse quis. Distingue tempora, & concordabis. Respondeo. At difficile mihi videtur tantam sententiarum mutationem factam fuisse inter tempus à Castropalao notatum, & tempus, quod colligitur ex Diana. Castropalai determinatio fuit anno 1625. quam idem Lugduni impressit anno 1631. Diana vero relatio typis evulgata est anno 1632. quando scilicet idem Diana edidit Panormi primum, & secundum Tomum suarum resolutionum. Cum ergo tempus impressionis ferè consentiat, consentite & tempus determinationis probabile est. Melius fortasse suspicari quis posset, Patres Ordinis Prædicatorum non consensisse cum cæteris Salmanticensibus Magistris, atque adeo M. Dominicum de los Reys ejusdem Ordinis, potius significasse Dianæ Prædicatorum placitum, quam Salmanticensium Doctorum resolutionem. Suspicionis meæ conjectura est, quia inter Theologos, ac Salmanticenses à Castropalao citatos adsunt ex familia Sancti Augustini, S. Bernardi, Sancti Benedicti, beatissimæ Virginis de la Merced nostræ Societatis: at magnum silentium de Familia Prædicatorum: fortasse quia contrariam opinionem amplexi sunt. Sed propius ad quæstionem accedamus.

7. Ratio negantium est, quia in c. 1. de Reliq. & Ven. Sanctorum, nemini licere dicitur absque auctoritate Sedis Apostolicæ aliquem honore publico venerari? Cum ergo tales Beatos venerari sit privilegium, seu gratia, privilegij autem natura sit, ut non extendatur de persona ad personam, & gratiæ item natura sit ut solum intelligitur concessa juxta verba supplicationis, sequitur id concedi tantum determinatis personis, &

& quidem solum illis, pro quibus talis gratia fuit ex-
postulata, non verò aliis.

8. Adde Primò responsum Sacre Congregationis,
& Cardinalis Bellarmini negantium, apud Dianam &
Turr. citatos.

9. Adde Secundò, non fore differentiam inter Sanctos
Canonizatos præsertim non positos in Calendario
Romano, & inter Beatificatos, si de his indifferenter
Missæ offerantur, & cetera solemnitates fieri, pro iisdem,
possent.

10. Ratio concedentium, cum quibus sentio est, quia
cum una Missa ejusdem sit valoris, & dignitatis, ac
aliæ qualiter; statim atque Pontifex declarat tale
Beatum dignum esse una Missa, quæ dicatur ab uno
determinata persona, declarat illum esse dignum omni-
bus ceteris Missis à quocunque, & quomodocunque
celebrandis. Si igitur Beatus remanet sic dignus de-
claratus, non est unde quilibet Sacerdos impediatur
illum per suas Missas venerari, nec venerabitur sine
Sedis Apostolicæ autoritate, hæc enim jam intercedit
per illam declarationem, qua dignus Missa declaratus
est Beatus.

11. Hinc infert merito Castropalaus, posse quemli-
bet ejus imaginem adorare, adorandam in Altari consti-
tuere, publicis processionibus circumferre (adde, &
ejus collectam, seu commemorationem facere in Missa,
infra annum, quod immerito, sed consequenter ad suam
sententiam, negavit Granado.) Ratio est, quia hi cultus
longe inferiores sunt Missæ, quare si hanc Pontifex con-
cedit, concedit & illos.

12. Ad rationem negantium Respondemus per illam
concessionem determinatis personis factam, aufertur
prohibitionem latam in *dec. 1.* Non est igitur recurren-
dum ad naturam Privilegij, seu gratiæ; quamvis enim
habitus fuerit aliquis respectus ad dictas Religiones, in
tollenda tali prohibitione, illa tamen ablata omnes Sa-
cerdotes sine nova gratia remanent liberi ad veneran-
dum beatum Missa, & Officio, ab ipsis ex voluntaria
devotione celebrandis.

13. Ad id, quod Primo additur; satis sit,
nunc dicere, de illis responsionibus non constare au-
thenticè.

14. Ad id, quod additur secundò, respondeo, esse
ut cetera taceam, differentiam, quia de Beatificatis per-
mittitur dici Missa, ex vi nimirum ablationis prohibi-
tionis latæ in *d. cap. 1.* At de Canonizatis etiam non-
dum ascriptis in Calendario Romano positivè idem con-
ceditur ex vi Canonizationis publicæ omnibus intima-
tæ. Quare Sacerdos sæcularis, qui negligenter Canoni-
zatis Missam celebrare, quando eis etiam non ascriptis
in Calendario illa competit (ut in propria Ecclesia,
quando de iis fit festum, tunc enim non ascriptis con-
venit Missa, &c.) faceret contra Rubricas: at sæcularis,
qui negligenter similem Missam celebrare in festo & pro-
pria Ecclesia Beatificati, non ageret contra Rubricas,
quia ejusmodi Beatis Missa sæcularium non debetur,
sed solum permissivè iisdem sæcularibus indul-
getur.

15. Confito sententiam hanc, quam merito proba-
biliorem ac magis piam vocat Castropalaus *ibid.*
n. 7. confitio, inquam, in hunc modum. Vel Sacerdos
sæcularis non potest celebrare Missam de beato Bor-
gia v. g. quia Beatus nondum judicatur dignus honore
Missæ, & hoc non, ut modo *n. 10.* vidimus: vel quia ipse
Sacerdos est impeditus, & hoc non, quia nemo im-
peditur venerari Beatum honore, quo dignus reputa-
tus ab Ecclesia: est ergo, cum aliud caput excogitari
nequeat; cur non possit? Fac hunc Sacerdotem esse ir-
regularem, tunc certè procederet argumentum con-
tra ipsum, hoc modo. Vel hic non potest celebrare
Missam de Beato, quia Beatus nondum est reputatus di-
gnus Missa, & hoc non, ut dictum est: vel quia ipse
Sacerdos est impeditus, & hoc quidem sic, quia ob-
censuram est à sacrificando exclusus. Cum igitur in ca-

su nostro Sacerdos nullo ejusmodi impedimento
ret, sane poterit.

16. Granado *ibid. n. 16.* concedit si in Dis-
tinctione fiat potestas Religiosis celebrandi in
rem Beati, & non addatur particula *tamen*; valen-
abile esse, posse alios quoscunque Sacerdotes
brare, dummodo id fiat petentibus illis Religiosis
bus facta est concessio. Ratio est, (inquit) quia
la Juris, qui facit per alium, est perinde, ac si
suis sum: Et quia Capellanus potest sacrificare per

17. In hoc dicto unum placet, alterum displicet.
cet ipsa concessio, nostris enim Beatificatis
faveret, siquidem in Brevibus de ipsis, non additur
la taxativa. Displicet vero ratio, illa enim Regula
68. de Reg. Jur. in 6. habet sexcentas limitationes
rectè Glossa in Reg. 72. de Reg. Jur. in 6. sic habet
facit per alium est perinde ac si faciat per ipsum
do ille actus potest (utique de jure) expedire per alium
Quare debuit Granado probare hunc actum esse
concessum Religiosis posse per alium de jure expe-
ergo nihil probavit asserendo solum illam Regula
multo minus asserendo exemplum Capellani, de
constat non obligari personaliter. Adde si adve-
aiunt hanc concessionem esse privilegium saltem
his Religiosis concessum & in hoc ponunt totam
suar probationis, ut vidimus *n. 7.* qua ratione pro-
valebunt aliis competere posse ejusmodi actum
brandi de Beatis per alium expediri.

18. Dices, quid ergo, per nos, operator, seu signi-
particula *tamen*, si quando in dictis concessionibus
venitur? Respondeo. Significat, & quidem expli-
tale privilegium concedi positivè solis illis Religiosis
qui propterea contra Rubricas operantur, ut
Beato celebrent, quando ipsis competit Missa, non
non propterea tollitur, quod & aliis indulgentiam
missivè, ut ex dictis patet.

19. Ex his quilibet facile concludit cum Sacer-
tem *n. 1.* allatum stare promissis, sequendo nostram
tentiam potuisse, potuisse tamen non stare, si
fuisse aliam, quæ certè probabilis est.

CAPVT VII.

An interrupti Missa aliquando possit.

§. 1. Pramittuntur aliqua ceria de Interruptione Missæ.

1. Certum est Primo, nunquam, quoad partes
rituales, interrupti Missam, sine gravi causa
posse, *n. 1.* g. non potest consecrari pane, ita interrupti
pi, ut omittatur consecratio Calicis, nec consecratio
ne, & Calice, potest omitti consumptio, hæc enim
per aliquos non fit de essentia Sacrificij, est cetera
fectione integrali.

2. Certum est, contra, Secundò, interrupti, cetera
que omnino debere, quando incepta etiam consecra-
tione, recordetur certo quis se non esse Sacerdotem
quia hic non interrupti Sacrificium, cum ab ipso
nulliter offeratur, sed ab eo, quod debet, abstinere
(certo) nam in loco, & re tam gravi, nec scrupulus
dubium te commovere debet; quare ni certus
sis, deponere dubium. hoc est, tibi persuade: (quando
dem non es certus) pergere posse, & pergit. Ita
Eccl. præc. l. 3. c. 10. n. 19.

3. Certum sit Tertiò. Si Hostes, Hæretici v. g. in-
gruant ad occidendum sacrificantem in Altari (etiam
magis si ad injuriam inferendam Sacramento) pro
Sacerdotem Hostiam consecratam statim sumere, &
secum auferre, si ad consecrandum Calicem, sine
denti mortis periculo progredi non possit. Ita Layman
lib. 5. tr. 5. de Euch. c. 7. n. 1. & 2. Et quidem eadem
ratio, si ex terræmotu, vel incendio simile periculum
instaret.